Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

narrat hystoria · qd impleto anno ascenderit
contra uos rege iude exercitus syrie & uenerit
in ierusalem · & omes principes populi interfecit
cunctamq; predam miserit regi damasci · Qui
cum pauci uiri uenerat · & ds tradiderat in ma
nu eorum multitudinem magnam nimis · eo qd
reliquissent dnm dm patrum suorum · Quod iuxta
anagogen & futurorum typum considera · an ad te
pus dominici aduentus referre ualeamus · Post
fidem enim anni acceptabilis · in quo saluatoris
euangelium predicatum est · ascendit damasci gen
tium exercitus in paucis uiris contra iudam & ie
rusalem · qui reliqueram dnm · & omes eorum ab
stulere diuitias · id est legis ac prophetarum · & mi
serunt regi damasci · uiris ecclesiasticis & doctrine
euangelice · qui ad conparationem totius mundi
ad huc tunc infideles & in toto orbe dispersorum
iudeorum pauci erant · & tamen dns tradidit
ierusalem in manibus eorum · eo qd reliquissent di
filium · qui per pphetas ante predictus est · Ego ob
hanc causam reor & saulum qui postea pauli ex
uirtute nomen accepit · qui emulator erat legis
isse damascum · & contra credentes ex gentibus